COLUMBI. Hujus Familiæ, quæ autorem habet Christophorum Columbum, novi orbis, ut vocant, inventorem, successio & nomen delapsa suo ad gentem Portugalliam, & quidem ramum Comitum de Gelves, ex quibus Duces de Veraguâ & M. de Jamaicâ. p.72.

CORDUBA FIGUERDA. D. Feriæ p.87.

COSSEI. Cossei Andini ex antiquis Cosseis Cœnomanis oriundi sunt. Quamvis autem ex primogenitâ linea dominium de Cossé ad Familiam Comitum de Sanzay delapsum sit, altera tamen linea Dominorum, dein Comitum, jam Ducum Brissaci superstes floret. vid. p.76.

CRATZ. C. de *Scharpfenstein.* Inter Equestres Rhenanas dudum eminuit hæc familia, in quâ dein Joh. Philippus, cujus majores enumerat p.53. Comitis axioma primus meruit. Porrò is ex secundâ conjuge, Familiæ *de Vels*, pater fuit Eleonoræ, quæ nunc etiam in thoro Joh. Augusti Com. Solmensis vivit. Ex primo autem matrimonio nepos Joh. Philippi fuit is, pro quo concepta est p.69. Com. Cratzius modernus.

CRIECHINGEN. f. Crehanges. Alterum ramum hujus gentis dedimus P.1. p.32. Alterius probatio occupat hic p.14. Obs. *Annæ Bayen de Boppart* pater dictus est *Iohannes*, qui *Antonius* dicendus erat. Hujus Antonii avus, Georgii Pater, Georgii Adami nomen gessit. Johannis de Malberg uxor dicta est *Magdalena de Steffels.* Quæ emendari & addi oro. Hic etiam monendus est lector, in citatâ P.1. p.52. errorem esse commissum, cùm sutores, qui ante me scripserunt, sequutus, Joannis Bar. Criechingensis uxorem nuncupavi Irmgardim f. Joannis Dn. de Ruchlingen; cum dicenda fuerit Irmgardis f. Wilhelmi de Rollingen, Taun & Siebenborn, quod à Perillustri Dn. Greiffenclau edoctus sum. Idem Margaretam *de Boncourt* vocat, quam alii de Bancourt vel Bucourt. Idem circà nomen Ruchlingen error corrigendus est, quoties Criechingenses ab recurrunt. e.g. P.1. p.87. P.II. p.11. & 117.

CROJA. f. CROVIACA. Familiam deducunt ex antiquis Hungariæ Regibus, qui ab Attilâ sanguinem traxere. Ajunt enim, Andream tertiò genitum Andreæ II. Regis filium, Belâ Fratre à Tataris pulso, ad Venetos profugisse, & ibi ex Sibyllâ Petri Cumani Senatoris Filiâ suscepisse Marcum filium, qui meresturam perosus circa 1266. in Francis mansiones transtulerit, atque in aulâ Philippi Regis conjugem meruerit Catharinam heredem Baron. Araneæ & Croiæ. Ex hujus Posteris Joannes duarum linearum autor fuit, gentis Antonio & Joanne; Ab hoc descendunt priores Comites, & Principes de *Chimay*, Comites de *Solre*, Domini de *Sempy* & de *Quievrain*: ex illo per secundum filium Joannem, Domini de Crecq, Comites de Rœux, per primum autem Philippum, Comitem de *Porcean*, & ex maternâ hereditate Dominum Arschotti, reliqui descendunt, quibus illi tituli. In his Philippus primus Arschotti Dux, Guilielmi M. de Renty, Caroli Pr. Cimacensis, Philippi Ducis Arschotani (cujus filia Annâ Fratris Caroli heres titulos & bona Carolo Ligneslo Arembergæ Principi marito acquisivit) & Caroli Philippi, *M. Havrechi* pater fuit. Catolo Philippo nati sunt Carolus Alexander, Avus Ducis Havrechi moderni, & Ernestus, cujus Filius Ernestus Bogislaus Dux Crojus & Arschotanus avos suos repetiet p.10. descriptos.

CRONBERG. Inter prisca decora sua Familia hæc numerat Rudolphum, qui filius Welphonis Ducis Noricis, & Juditha Augustæ, ex quâ Ludovicus pius Imperator Carolum Calvum Francorum Regem genuit, Frater atque Cancellarius Franciæ ann. 866. fuerit; hunc enim ex Cronbergia gente fuisse, ex Veteri Inscriptione, quæ Lutetiæ Parisiorum exstet, probare contendunt. De quo tamen aliorum alia est sententia. Porro in duos inprimis ramos stirps hæc distincta fuit, quorum alter scutum sine coronâ & galeam alis vel auribus asininis ornatam gestabat, alter scuto coronam inscribere, &

Caſſidi uvam pinearn imponere ſolet, *Ille* iterum divisus fuit in duos furculos, qui tamen jam terminati ſunt, & quidem alter in Eliſabethâ, Joannis Comitis Solmenſis Conjuge, quæ ei Roedelheimium attulit. *Hic* nunc quoque durat. Olim illuſtrioribus connumeratam familiam fuiſſe, arguunt mattimonia, ex ſtirpibus Hanovicâ, Naſſovicâ, Weinſpergicâ, Iſenburgicâ &c. obtenta. Inde Equeſtri dignitate contenta eſſe maluit: donec Adamo Philippo (cujus Patruus Joannes Vicardus Moguntinus Archi-Epiſcopus fuit) Baronis, dein Comitis dignitas ab Imperatore collata, & Feuda aliqua Geroldseccia cõceſſa ſunt. Hujus avos & avias receſſet p.15. Liberorũ progenitores cõponere docet p.88.

D.

DALBERG. Familia Cameratiorum Wormatienſium inter Equeſtres Rhenanas ſatis illuſtris hoc nomẽ geſtat. Probationi ejus ſervit p.70. Ex eâ ſedem Moguntinam tenuit Wolfgangus, qui primo hujus ſeculi anno obiit.

DANIA. Regis, & Fratris, atque Sororum avos exhibet p.2. Regiæ ſobolis p.87.

DAVILA VELADA. p.87.

DAVALOS. vid. AVALOS.

DAUN. Equeſtris Familia inter Rhenanas celebris ſemper habita eſt, & ſi ex inſignibus collectio facienda ſit, ex ea ſtirpe ramus ille prodit, qui Falckenſteinios Comites dedit. Cæterùm illis etiam grania Imperiali Comitũ dignitas acceſſit, quorum honori deſtinatur p.62. & 71.

DEGENFELD. Antiqua Familia, & in Helvetia illoſtrioribus connumerata ſoit; ut Stumpfio autore memoretur fuiſſe 850. aliquis Baro de Degenfeld, qui Epiſcopũ Lauſanenſem occiderit. Memorantur etiam circa 1200. quædã Romana de Degenfeld Abbatiſſa in Alſatia, 1240. Ulricus Baro de Degenfeld Epiſcopus Curiæ Rhæticæ & S. Galli Abbas fuit. Exin relicta ob domeſticas turbas patria in Sueviam conceſſere, novo non procul Gemunda condito Caſtro, cui item nomen Degenfeld indidere: Primus verò memoratur 1360. ex Helvetiâ in Sueviam conceſſiſſe Conradus de Degenfeld, cui Uxor fuit Dorothea de Welvvart. Cùm vero avitus titulus, cui fortuna non reſpondere videbatur, aliquandiu intermiſſus fuiſſet, Chriſtophorus Martinus à Degenfeld Cæſari ſuam ex Helveticis illis Baronibus deductionem demonſtravit, atque ita Baronum titulum renovari obtinuit. Hic Cæſareis, dein Suecicis, tum Gallicis, demum mandatis Imperialibus avocatus Venetis auſpiciis arma geſſit, & rebus multis geſtis, imprimis Dalmatia contra Turcas ſtrenue turata, nomen illuſtrius reddidit. Ejus liberorum *vvvvvvvvv* deſcribit p.65.

DETMOLD. p.84. vid. *Lippia.*

DIETRICHSTEIN. P.n.p.71. dedimus majores Principum hujus Familiæ, qui à Sigiſmundo deſcendunt: quo etiam ſpectant, de quibus indicium ſit p.88. Hic reperire eſt majores Comitum hujus gentis, qui à Sigiſmundi Fratre Franciſco derivantur. p.16.

DIEDORF. p.75. vid. *Wied.*

DILLEBURG. p.85. vid. *Haſſia.*

DURLACH. p.36. vid. *Baden.*

E.

EBELEBEN. p.85. vid. *Schwarzenburg.*

EISENACH. Lin. duc. Saxon. Vinar. p.83.

ELBEUF. ELLEBOVIS. p.6. *Lotharing.*

EPPSTEIN. Familia hæc deduci ſolet à Siegfrido Eppſteinio, cujus Filius Siegfridus ex Abbate Fuldenſi electus eſt Archi-Epiſcopus Moguntinus 1059. Ejus ex Fratre Nepos, pariter dictus Sigfridus, gentem propagavit. Ex poſteris duo iterum Siegfridi, & alius Gerhardus, ſeculo decimo tertio ſedem Moguntinam tenuere; Nec minus Wernerus Falckenſteinius, Archi-Epiſcopus Moguntious, matre natus eſt Eppſteinià. Godofredus Eppſteinius, qui deceſſit 1412. oxorem habuit Lucardim, filiam Philippi juniotis, dni de Falckenſtein & Münzenberg, Heredem Königſteinæ, & pater fuit Godofredi atque Eberhardi: ille ab uxore Juta Naſſovia titulum Comitatus *Duezzi* Familiæ intulit, ſed ejus Nepos Godofredus, Pater Agnetis Emicom Com. Leiningenſ nuptæ, lineam clauſit 1520. cum 1492. dimidiam partem dominij Eppſteinij Wilhelmo Landgravio Haſſiæ vendidiſſet. Hic (Eberhardus) Königſteinam tenuit, & 1420. conſenſu fratris feudum Imperij fecit, atque primus titulum Comitis obtinuit, proavus eorum, qui gentem clauſere, & quorum majores enumerantur p.13. NB. Tabulam hanc exhibeo, uti ex veteribus chartis mihi communicata eſt. Vereor autem, ut qui materno latere aſſignantur, recte ſe habeant. Immò quod illos concernit, qui Nicolaæ Aſpermontis dantur Progenitores, vix dubitarim, pleroſque in dubium revocare. Sed viderint ea de re alij. Mihi ſufficit, quòd plenam fidem facere nequeam, indicaſſe.

ERPACH. Comitum modernorum *Sanguaria* exſtat p.1. Liberorum Comit. Georgij Ludovici, & Comit. Georgij, (io *Furſtenau*) majores colligere docet p.88.

F.

FALCKENSTEIN. Rami Oberſteinii probatio exſtat p.22. Quomodo Falckenſteinius, in ſpecie ita dictus, Levvenhauptis accreverit, videre licet p.37.

FARNESIA. Ex hac gente natus Paulus III. Papa 1549. fatis conceſſit. Hujus Filius Petrus Farneſios Patris beneficio primùm Camerini, dein Parmæ & Placentiæ Dux fuit, à quo illi etiam deſcendunt, qui hucuſq; Ducatus illos gubernarunt. P.29. videre eſt Majores Ducis moderni, ejuſque conjugis, & horum, ſi quam ſuſceperunt, ſobolis aut, adhuc ſuſcipiendæ, ſpei.

Feria p.87. Domus *Corduba Figueroa.*

FRANCIA. vid. *Valeſia.*

FREIDBURG. p.9. vid. *Truchſeſs.*

FRESIA. Rietbergici rami progenitores oſtendit p.87.

FOGGER. diſpoſitionem Familiæ alibi dedimus. Huc ſpectat p.65.

FURSTENAU. vid. *Erpach.*

FURSTENBERG. Stirpem in duos ramos diſpeſci, *Heiligenbergium*, & *Blombergium*, aliàs dixi. Ad illum ſpectat p. 55. Adhunc linea Meskirchia, cui deſtinatur p. 41. & 87.

G.

GERA. p.88. vid. *Ruthen.*

GIRON *D. Oſſuna* p.87.

GOTHA. Ramus Ducum Saxoniæ, ſtirpis Vinarienſis. Juventuti principali ejus rami progenitores CXXIIX. componere docet p. 83.

GOTTORF. p.83. vid. *Holſat.*

GRAIZ. p.29. 39. vid. *Ruthen.*

GREIFFENCLAU IN VOLRATHS. Inter Equites Rhenanos jam à duodecimo ſeculo hujus familiæ decus illuſtre fuit. Acceſſit dein ille honos, ut ex eâ duo Archi-Epiſcopi & Electores, alter Trevirenſis Richardus, qui 1531. deceſſit, alter Moguntinus, Georgus Fridericus, cui annus 1629. emortualis fuit, legerentur. Avorum decus nunc tuentur Fratres, Fridericus Vice-Dominus Rhingoviæ, & Georg-Philippus Præfectus Königſteinæ, uterque Conſiliarii Moguntini. Quorum huic un tota Nobilitas Rhenana & univerſa ſtudia genealogica, ita hoc etiam opuſculum noſtrum non parum

parum debent. Ejus, nec non Fratris, & Sororum, Majores enumerat p. 43. Uxorum autem ejus, prioris p. 44. alterius, quæ nunc quoque superest p. 45. Unde liberis ejus progenitores CXXIIX. componere docet, p. 86.

Grumbach. p. 86. vid. *Rheingravii.*

Grunstatt. p. 84. vid. *Leiningen.*

Guisa duc. p. 78. 88. vid. *Lotharing.*

H.

HANOVIA. Eorum, qui Munzenbergici rami ultimi fuere, p. 56. majores notat.

HANOVAR. p. 87. vid. *Brunsvic.*

HASSIA. Landgraviorum Castellensium lineæ probationem dat p. 49. Ex eâdem Rheinfelsiorum Majores indicat p. 88. Ex Darmstatino ramo ortus est surculus *Homburgius*, s. *Bingenheimensis*, cujus honori sacra est p. 25. & soboli Landgravii p. 84.

HAYDACK. s. HAIDACK. Familia in Norico illustris, ex quâ memoratur 1292. Bernhardus vixisse: 1360. memorantur VVilhelmus & Georgius Fratres, quorum ille Herbrandum genuit, Friderici Patrem, cui uxor fuit Beatrix Dux Teccinæ. Ultimum Masculorum fuisse opinor Joannem, qui in bello Schmalkaldico VVirtenbergensium copiarum dux fuit (conf. Sleidan. l. 17. p. 512. 513. Thuan. l. 2. p. 96.) dein licet proscriptus esset à Cæsare, Mauritius Saxo Elector eum inter suos allegit: unde expeditionis in Cæsarem hic autor habitus (Conf. Thuan. l. 6. p. 308.) Ejus Filia fuit, cujus Majores p. 48. enumerat. Verùm an præter eam alios habuerit liberos, mihi non constat. Ditiones in Palatinæ Familiæ, aliquæ in Lobcovitiorum nunc sunt potestate.

Harcourt. p. 6. 8. vid. *Lotharing.*

HARO. Ex hac gente inservit p. 79. Duci de Carpio, qui filius est celebris illius *ὁμωνύμου* & Ministri Status in Regno Hispaniæ, cui Philippus IV. ob pacem feliciter conclusam cognomentum *della Paz* ad Posteros transmittendum concessit.

HATZFELD. Liberorum Henrici majores innuit p. 88.

Heideck. p. 48. vid. *Haydeck.*

Heidesheim, p. 84. vid. Leining.

Heiligenberg. p. 55. vid. Furstenberg.

HOHENLOHA. Rami *Schillingsfurstii* mentio fit pag. 83. *Neuensteinii* p. 89. & Langenburgii p. eod.

Hohe-Solms p. 86. vid. *Solms.*

HOHENZOLLERN. Ad ramum *Sigmaringensem* spectat tabula p. 50.

HOLSATIA. Ramus huc servatus est Arensbeckius, s. Plœnensis p. 47. Tùm ostenduntur Majores CXXIIX. suventuti Principali lineæ Gottorpinæ p. 83. rum Sonderburgicæ in Wisenburg exption matrimonio p. 85. ex secundo p. 84.

Homburg. p. 25. 85. vid. *Hassia & Sayn VVitgenstein.*

I.

Jamaica March. p. 72. vid. Portugal.

LE JAY. Ex hac Familiâ memoratur aliquis Stephanus Eques 1030. In ejus descendentibus servatus ferè est titulus *Dominii de Floigny.* Accessit dem cum Oudatto le Jay Dn. de Boutehac nupsisset Nicolaa Musnier (dicta ab aviâ paternâ *du Pre*) novum nomen *du Pré*, quod nunc quoque cum priori servatur. Probationem modernorum exhibet p. 66.

Iena. Hîc habitat Bernardus D. Saxoniæ, cujus liberis suos progenitores CXXIIX. ostendit p. 83.

Infantadgo. p. 80. vid. *Sandoval Roxas & Silva Mendoza.*

Ioyense p. 78. vid. *Lotharing.*

Isenburg. Pro ramo Budingensi indicium exstat p. 84.

Isstein. s. *Idstein.* p. 28. 85. vid. *Nassov.*

JULIACA. Juliacenses & Bergenses (quæ dicto ex Marcanæ alicujus lineæ hereditate illis obtigerat) Comites communem habuere patrem Gethardum II. qui 1247. decessit. Gerardi major natu Filius VVilhelmus *Juliacum* tenuerat, Frater Adolphus Montanum s. Bergensem Comitatum. VVilhelmi Pronepos VVilhelmus IV. Marchionis initiò à Ludovico Bavaro, dein Dueis à Carolo IV. Imperatore axioma nactus est. Ejus filii, VVilhelmus & Reinoldus, præter patrium Ducatum etiam *Geldricum* obtinuere, successione avunculi, sed cum ptole carerent, hic deinceps ad Egmondanos delapsus est, qui non æquè Juliacensi potuerunt potiri, utpote ad agnatos translato. Nam Adolphus *Bergensis* Comes pariter gentem propagaverat. In ejus posteris VVilhelmus, Imperatoris Ruperti affinis, *Bergensis Dux* creari meruit. Filiorum alter Adolphus Ducatum Juliacensem post Reinoldum Agnatum nactus est, & Filium Rupertum habuit, cui ob Geldriam cum Egmondanis contentio: alter VVilhelmus, priùs Episcopus Paderbornensis, stemma produxit. Neptis ejus fuit Maria, hetes utriusque Ducatus, quos marito Joanni CLIVIO attulit. Ejus Avos & Avias recte lentat p. 41.

K.

Kirdanniel p. 66. vid. *Le Jay.*

Kapfenberg. p. 17. vid. *Stubenberg.*

KOANIGSECK. Huc spectat p. 35. ubi reperitur *Περγαμηνὸν* liberorum Comitis Joh. Georgii, cujus Majores LXIV. P. II. p. 42. etiam vidimus.

Koenigstein. vid. *Eppstein.* p. 13.

L.

Langenburg p. 89. vid. *Hohenlohe.*

Laubach. p. 88. vid. *Solms.*

LAININGAN. Ex VVesterburgicâ domo rami VVesterburgici speciatim ita dicti probatio exstat pag. 30. Tùm ex eâdem rami Grunstatensis indicium p. 84. Eâdem paginâ ostenduntur majores soboli Heidesheimiæ ex 2. matrimonio.

Leonstein. vid. *Leevvenstein.*

LEUENHAUPT. s. LOEVVENHAUPT. s. LEYONHORWUD. Familiam Svecicam satis illustrem deduci vidi à quodam Brodéro de Kerr, qui inter Hallandiæ proceres seculo decimo quarto eminuit. Non ano titulo nisi sunt descendentes, de Loholm, s. Elleholm, de Brunsberg & Eckeberg. Splendorem auxit Margareta Levvenhsuptia à Gustavo Rege in thorum adscita. Frater hujus Steno post mortem, quam Ericus Rex jam jam solio deturbandus ei procuraverat, in Liberorum solatium à Johanne Rege Comes de *Rasberg & Grafsmaess* creatus est. Filius Falckenusteiniam conjugem nactus novis titulis & bonis gentem auxit. Hujus Liberis facta est p. 37.

Licha. p. 34. vid. Solms.

LICHTANSTEIN. Vid. p. 86.

LIGNASIA. Hujus stirpis mentionem fecimus in Indice partis secundæ. Hic repræsentamus *τοπολογίαν* liberorum Ducis Arenbergij ex tertio matrimonio. p. 39.

LIPPIA. Rami Detmoldij surculus est Bisterfeldius, cujus probatio exstat p. 31. Detmoldiæ soboli suos majores ostendit p. 84. nec non Brakensi.

Lithuani. p. 21. vid. *Polon.*

Lobenstein. p. 42. vid. *Rutheni.*

LOEVVANSTAIN. Virtenburgicæ lineæ proli suos ostendit majores p. 84. Rupifortiæ p. 85.

LOTHARING. Hujus nomus aliquot lineæ hic Progenitores suos reperiunt. Lineæ *Mouse*, de *Mouy* p. 24. (Obs. Addenda est Henrico, Carolo, & Francisco, qui omnes jam decessere, Soror Ludovica, nupta Florentio de

Ligne M. de Roubais, cujus Filius hereditatem & titulum de *Mony* obtinuit) Guiſia & Jouſana ſ. Joyeuſia p. 78. & quod attinet modernum Ducem. p. 88. *Ellebovia* ſ. d'Elbeuf, atque *Harcurtia* ſ. de Harcourt p. 6. in ſpecie *Harcurtia*, Comitum de *Harcourt*. p. 8. (NB. Lacunam aliquam ſupplere memineris, cum Philippæ de Burges, Caroli du Cambout uxoris mater, & Caroli de Burges Domini de Sevry uxor fuerit *Ioanna de Leſcot et Domina de Moguelaye*) *Caprufia* ſ. *Chauvreuſe*. p. 75. 27.

LUCENBURG. ſ. LUXENBURG. familiam delineavimus in indice partis ſecundæ. Hic p. 24. probatio rami *Martigu* reperitur. P. 81. majores Ducillæ Lucenburgicæ & Pinetæ, ex Claromontanis.

Luneburg. p. 87. vid. *Brunſvic*.

M.

Man derſtheid. Ex Blanckenheimia linea proli primi conjugii ſuos oſtendit majores p. 85.

MANSFELD. Diſpoſitionem familiæ in indice Partis 2. dedimus. Hic p. 21. exhibemus majores eorum, qui Erneſti poſteritatem terminarunt.

Marcſal. Hoc loco aliquando habitare ſolet Joh. Georgius Dux Saxoniæ, lineæ Vinar. Ejus liberis cxxiix. progenitores colligere docet p. 83.

Martiquei. p. 24. vid. *Lucenburg*.

Medina celi Duc. p. 83. vid. *La Cerda*.

MENDOZA. Huc Duces del Infantadgo. p. 80.

Meſskirch. p. 41. 87. vid. *Furſtenberg*.

METTERNICH. Ex Familia inter Rhenanas equeſtres illuſtri (quæ hoc ſeculo etiam Trevirenſi archiepiſcopatui Lotharium dedit) nuper Atchiepiſcopatui Moguntino admotus eſt, pridem Epiſcopus Spirenſis, Lotharius Fridericus. Cujus & fratris progenitores recenſet p. 67.

Montaulier. p. 7. 77. vid. *Saumaurin*.

Montbaſon. p. 82. vid. *Rohan*.

Mony. p. 24. vid. *Lotharing*.

Munzenberg. p. 56. v. d. *Hanov*.

N.

NASSOVIA. Ex Satæpontano ramo hucuſque ſervata eſt linea *Wisbadenſis* ſ. *Idſteinia* p. 28. Liberis ex ſecundo matrimonio ſuos Atlos oſtendit p. 85. nec non Weilburgiis. Tum ex altera linea Dillenburgiis.

Nemours ſ. *Nemoreſ*. Sabaud. p. 4.

Neuburg ſ. *Nieburgum ad Ænum*. p. 53.

Neuenſtein. p. 87. vid. *Hohenlohe*.

NEUFVILLE. Præcipuum decus Familia debet Nicolao Dno de Villeroy, qui 56. annis ſub 5. Regibus Franciæ regni negotia geſſit, Miniſter & Secretarius Status. Vid. p. 78. ubi probatio Familiæ.

Nivern. ſ. *Nevirs* p. 5. 38. *Vide Clev. Palat*.

O.

Oberſtein p. 22. vid. *Falckenſtein*.

OBERSTEIN. Equeſtris Familia. Ex qua memorator Andreas de Oberſtein Eques 1322. Eam claſit Wolfgangus Erneſtus, Canonicus Mogunt. Wormat. & Spirenſis, exſtinctus 1663. Soror ejus fuit Roſina, Dni Georg. Philippi Greiffenclau de Vollraths uxor, cujus gratia inſerta eſt operi p. 44.

OETINGEN. De hac Familia diximus Partis primæ Indice. Hoc auctarium duas Tabulas continet p. 58. 59. quibus Friderici Comitis Oetingenſis (nec non ejus Fratrum ac Sororum) & uxoris ejus Euphroſynæ, & quibus Wallenſteinius ramus, Majores recenſentur. Qui eas concinnavit, allegat Autores, Jacobum Manlium, (Hiſtoricum Maximil. I. Imperatoris) Johannem de Garzon. (Bononiæ Medicum) Antonium Bontinium (de R. Ungar.) Joannem Nauclerum, Albertum Cranzium, Johannem Aventinum, Caſp. Hedionem (in contin. Abb. Uſpergenſis) Joannem Cuſpinianum, Matthæum Marſchalck, Fr. Irenicum, Onuphr. Panvinium. Wolfg. Lazium, Joh. Petrejum, Conr. Brotuffum, Joh. Stumpfium. Caſp. Bruſchium, & genealogiam MS. Com. Oetingenſium, deſcriptam à VVilhelmo Wern. Com. Zimmerenſi, præterpluta chronica. Quo vero ſtudio vel fide his autoribus uſus ſit, alius judicet. Certe in utraque tabula parum ſani eſt. Notabo tantum errores exſtantiores, omnes enim qui vellet, novas tabulas concinnare opus haberet: Euphemia Monſterbergia filia datur Uladislao Monſterbergio, quo nomine inter Monſterbergenſes nullus fuit, & Ducillæ alicui Ligniciæ: Fuit verò Filia Bolconis ſ. Boleslai IV. & Euphemiæ Ducillæ de Teuten et Koſal, quod ex veteri indubio documento probationis, quam Ulricus Com. Oetingenſis 1423. pro obtinendo canonicatu Argentoratenſi exhibuit, vidi. Haud paulo abſurdius (quod obiter notare placet) errant, qui Euphemiæ patrem aſſignant Victorinum, ex Podiebradiis D. Monſterbergenſem, qui tamen lucem nondum aſpexerat, cum Euphemia eam eum morte commutaret. Alii dant Patrem Oelcio quem Ioannem Ducem Monſterbergenſem ex matre Frevin von der Tuben genant die Bircken. urex venus. Sophiæ Gebhardi quondam Atchiepiſc. Colon. p. 51. allata conſtat. Sed & hi errant. quod allegato teſtimonio credo. Ex eodem documento authentico edoctus ſum, Ludovici (cui Imagina Schaumburgia uxor) matrem non fuiſſe Aſſiatiæ Landgraviam, ſed comitiſſam de Truhendingen: qui iterum error in tabula noſtra occurrit. Beatricis Scaligetæ parentes hic noſtet notar Brunonem & Alteram Catarienſem, qui aliis certius ſignantur Paulus & Magdalena de Fronſperg. Nec in majoribus Annæ Truchſeſſiæ, quæ VVolfgangi uxor, felicior fuit autor: Cum enim ex VVolfeccia linea deducere debuiſſet, ex Scheetenſi illos allegat. Citra Progenitores Magdalenæ Brandeburgicæ, quæ in Entelfrideriri Hohenzollerani conjugio vixit, utroque latere erratur: nam Fridericus marchio Brandeburgicus, Alberti Electoris filius non fuit, ſed frater: Agnes Pomerana Friderici uxor, nec patrem nec avum, nec proavum habuit, quos illa tabula deſignat: Imo univerſa Pomeranorum familia Uladislai nomen non agnoſcit, niſi id cum VVartislai idem facias: Tum Ericus, cui Philippica (non Luſitana ſed Anglica) uxor erat, liberos non reliquit. Nec quiſquam Pomeranorum Eliſabetham Daulcam uxorem neque Chriſtianus I. filiam hoc nomine habuit. In altera tabula 59. ut jam non repetam, quæ de Euphemia Monſterbergenſi monui, Eliſabethæ Conſtadienſi non dati ſunt majores, quibus vitam debet. Dicitur mortem obiiſſe 1474. (maritus enim exceſſit triennio poſt) Hoc vero anno qui parens ei tribuitur Victorinus, non niſi 31. ætatis annum agebat: ante quem eum fuiſſe jam avum, quis credat? Alii parentes dant huic Eliſabeth vel Barbaræ Cunſtadienſi Botzconem Domin. de Cunſtad & Annam Dom. de Leippa & Tauba: penes quos fides traditionis eſto. In Progenitoribus Dorotheæ Anhaltinæ, Albertus I. qui inter Albertum & Sigfridum mediis eſſe debebat, omittitur: Joannis uxori Eliſabethæ Hennebergicæ nec

paren-

pareotes, nec avi vel aviæ veti assignati sunt. Imo ipsa Guilelmi, qui ei avus datur, amita fuit. Nec circa majores Elisabethæ Mansfeldiæ, quæ Alberti Princip. Aohalt. conjux, conjecturæ ejus felciores fuere. Quod Aonam Leuchtenbergensem attinet, cujus Progenitores mediam tabulam constituunt, in his etiã omnia confusa sunt. Ut exemplum tabulæ hæ haberi debeant, quam io progooologicis facile committi errores possiot.

Oropesa. p 74. vid. *Portugal.*

Ossuna. p. 87. vid. *Giron.*

P.

PALATINA. Ad Electotalem domum spectat Edoardus, utpote moderni Electoris frater, cujus sobolem p. 38. honotat. (Obs. Ducis *Anguiani*, cui *Anna* Palatina oupsit, oomen est *Henricus Iulius*, quorum alterum nomen paroramate typothetæ oousum est.)

Parma & Placent. p. 19. vid. Farnes.

Pastrana. Duc. p. 87. vid. *Silva Mendoza*

Payreuth p. 87. vid. *Brandsburg.*

Pescarii f. *Pescara* p. 64. vid. *Avalos.*

Pincy p. 81. vid. *Lucenburg.*

Planen vid. *Ruthen.*

Plan. p. 47. vid. *Holsat.*

POLONSA. p. 21. exhibentur majores Sigismundi Augusti Regis & sororum, qoi ultimi fuerunt ex posteritate Uladislai Regis, ante Baptismum dicti Jagellonis, & prius Lithvaniæ *Magni Ducis*, sed post mortem Ludovici Ungariæ & Poloniæ regis, ad sceptrum Poloniæ & nuptias filiæ hujus Hedvigis accersiti, cujus posteri per duo fere secola *Poloniam* gubernarunt. Ejus verò qui ex VVisniovvicia geote ounc sceptrum gerit majores videre est p. 7.

PORTOCARRERO. Familiam delineavimus indice partis secundæ. Hic p. 23. damos progenitores lineæ, quæ Villam novam (Villa nueva del Fresuo) possedit & p. 73. Ducissæ Alcalæ, ejusque liberorum p. 83.

PORTUGAL. Dispositionem dedimus in indice partis secuodæ. Ad eam spectat Marchio de Jamaica Dux de Veragua, ex Comitibus de Gelves; ad cujus majores successio familiæ Columbiæ delapsa est. vid. p. 72. ut & Dux de Oropesa & M. de Xarandilla. p. 74.

du PRE. vid. *le Ley.*

du PUY f. PUTEANA Hujus stirpis Dominorum du Coudray Monin probationem dedimus p. 5.

R.

RAsburg. p. 37. vid. *Leuenhaupt.*

Reiffersheid. p. 3. vid. *Salm.*

Remsels. vid. *Hass.*

RHEINGRAV. Pro ramo Grumbachio aliqua serviunt. p. 86.

Rietberg. vid. *Frisia.*

ROBOREA. de *Roviero.* Familia multum incrementi debet Sixto V. & Julio II. qui ex ea Pontifices lecti sunt. Hujus frater Joannes Dux Soræ duxit Joannam *Moorfeltriam*, Guidi Ubaldi, qui *Montfeltrios* morte sua 1508. clausit, sororem, & ob eam *Ducatum Vrbinu* in domum suam intulit. Ultimam hanc terminavit Victoria Ferdinando II. Mediceo M. Duci Florentiæ, qui tamen ducatũ pontificiæ cameræ ob defectus masculorum adscriptum uxorio nomine obtinere hondum potuit, nupta. Hujus bonoti litat p. 37.

ROCHECHOUART. (Rupithovartii) Stirps hæc ex priscis Lemovicum vicecomitibus deducit amat, & in plures ramos distincta est. Prim' omnium vicecomit. de Rochechouart, defecit io Aña, quæ, hereditatem transtulit ad maritum Joannem de Pontville Dn. de Breulhez, cum oominis onere, unde nova vicecomitũ progenies: Reliqui rami fuere Domioorum *du Bastment*, Comitum *de S. Oven*, Dn. *du Bourdet, & Chandenier, de Faudeas, de Iars, de La Brosse, de Chastillon le Roy, de Montpipeau, de Bonnivet.* Imprimis vero Dominorum de *Mortemar* ramus ounc quoque floret. Ducis probario exstat p. 8.

Rochefaucauld. p. 77. vid. *Rupifulcaud.*

Rodemachern. p. 23. 27. vid. *Baden.*

ROHAN. Ex Montbasonio ramo sunt Duces de Montbason, quos exhibet p. 82. & princeps de Soubize, ad quem ducatus Rohaneus per conjugem Chaboriam allatus, ut videre est p. 81.

Rudolstat. p. 85. vid. *Schvvarzenburg.*

Rudenhausen p. 68. vid. *Castel.*

RUPIFULCAUD. Rochefoucauld f. Rochefaucauld De familia diximus p. 2. Huc servata est probario. p. 77. (Obs. Antonii de Lomeoie uxor fuit familiæ Porcheux.)

RUTHENI. f. *Reussen.* Huc servati sunt duo rami *seniorie* lineæ p. 29. & 39. & ex *juniori* Lobensteinus p. 42. tum indicantur ex eadem linea majores *Geranæ* prolis p. 88.

S.

SABAUOIA. Filiarum, quæ ex Nemorosio ramo superant, & quorum Pater masculorum ejus ultimus fuit, avos enarrat p. 4. *In ea observetur: Francisca de Baben de Beurdasiere patrem fuisse Ioannem de Baboa, Dn. de la Bourdasiere.*

SALM. Qui ad fabulosa usque tempora recurrere amant, gentis primordia derivant à quodam *Salmone* Colongi IX. Tungrorum regis fratre, qui circa 85. ante natum Christum annũ arcem *Salm* cum amplo districtu in Ardenuate sylva obtinuerit. Uxor ei assignatur Clotilda filia Arioviſti Germanorum Regis. Abnepos ejus constituitur *Symetrius* Comes *Salmensis*, quem primum ex Franciæ Comitibus à Materno conversum, sororis *Albanæ* ex Lucio senatore Rom. & Trevitensi regulo susceptro filio, quem Maternus à mortuis resuscitasse dicitur, & qui deinsub Marco *Antooino martyrio* affectus est. & in Stabulensi abbatia quiescere perhibetur, nomen suum imposuisse ajunt. Ex ejus posteris Carolus I. dicitur à Marcomiro Francorum rege *Austrasiæ* præfectus fuisse, & filius ejus Carolus II. eandem dignitatem gessisse, atque bello vastatam *Ardennensem* arcem *Salmam* restauraſſe. Ultimus masculus hanc stirpem clausisse dicitur 810. vel 812. Henricus 3. (Henrici 2. qui *Salmam* novam in Lotharingia condiderat filius) relicta filia & herede Hedvige; per quam, cum nupsisset Henrico IV. *Sadigeri* Princ. *Ardeonatis* filio, Friderici ex Mosellanicis (juxta aliquos agnatis Caroli M.) & Felicitatis Salmensis (quæ Hedvvigis amita) nova gens Salmensis prognata sit. Hedvvigis & Henrici abnepos Theodoricus ex Berta Blanckenbergica vel Blamontana susceptit *Henricum VI.* & *Carolum.* Illi ajunt *Salmam Lotharingiæ*, huic *Ardennæ* hereditate obtigisse. A *primo* Salmeosis gens in Lotharingia propagata est. Ex ea Johannes V. Joannem VI. & Simoonem reliquit filios. Hic filiam genuit Joannam, à qua Joanni Comiti *Sylvarum* & Rheni nupta pars Salmensis Comitatus tum titulo

huic

huic familiæ allata, nunc quoque in ea hæret, unde tamus Principum Salmenſium: cujus [illegible] vidimus P.11. p.21. Joannis VI. Filius Joannes VII. demto duos, à quibus poſteri, filios habuit, Nicolaum, & Joannem Octavum, patrem Ioannis IX. & Pauli, qui lineam clauſere. Pauli filia fuit Chriſtina, quæ *Mauri*to Franciſco Lotharingo Com. Valdimontio attulit omnia reliqua Salmenſia in Lotharingia bona. Ejus *Majores* ex P. I. p. 85. colligi poſſunt. Nicolaus autem Auſtriæ Capitaneus Ferdinando Impetatori fidelem inprimis adverſus Turcas operam navavit, unde etiam ex vulnere in obſidione Viennæ acceptо extinctus eſt, novus authot Comitum Salmæ & Neoburgi ad Oenum, quos nunc quoque ſupereſſe exiſtimo: & eorum, qui circa finem ſuperioris ſæculi vixere, geneſin exhibeo p. 53 Porrò Suicardi ibi memorati ex Sidonia de *Minckovviz* filium eſſe opinor Carolum, qui 1637. Elisabetham *Bernardinam* Com. Tubingenſem duxit, & ex ea numeroſam prolem ſuſtulit. Carolum quod concernit, cui *Salma* Ardennenſis obtigerat: hic ab Imperatore Henrico ſecundo perhibetur, Othone ultimo ex Catolinis mortuo, *Lotharingiam* infeſtiotem obtinuiſſe, dein ſuperiorem etiam occupaſſe, ſed pulſus à Gozelone Luceburgenſem ditionem retinuiſſe. Filium ei aſſignant, qui Limburgi Comes fuerit, Nepotem Henricum, qui ducale axioma Limburgo obtinuerit, patet Henrici (quem nonnulli Luſitanorum ſatorem volunt) & VValrami cogn. *Pagani*. Huic filii dantur Henricus & Fridericus. Friderico ortum debent reliqui *Salmæ* Ardennatis Comites, qui exſtincti ſunt morte Henrici octavi, qui agnatam Iohannam Reiferſcheidiam hetedem teſtamento militari dixit, unde, licet genet ejus Otto Raugravius, (non tamen ſuscepta prole ex Henrici filia Maria) comitatum retinere voluerit 1455. in Curia Lucenburgica lata ſententia eũ reſtituere Reifferſcheidiis coactus eſt. Hi ad Henricum Friderici fratrem originem referebant, utpote Patrem alterius Henrici, à quo reliqui Limburgici & dein Lucenburgici *Duces* atque *Comites*, & Gerlaci vel Gerbardi, qui *Dominus* Reifferſcheidii dictus eſt: & hunc titulum propagavit ad poſteros. In illis ſexto gradu Ioannes, quod audivimus, agnati Henrici teſtamento Salmenſem in *Ardenna* Comitatum obtinuit, & reliquos Comites *Salmæ* & Reiferſcheidij, qui nunc quiq; ſuperant, ſevit. Eorum qui nunc etiam vivunt, avos & avias recenſet p.3. & prolis Erici *Adulphi* p.85.

SANDOVALROXAS. De familia diximus in indice P. II. Hic probatio D. del Infantadgò exhibetur p.80.

SANMAURIA. ſ. *S.* Maure. Familiam vidi deduci à Goſſelino Dn. de *Sainte* Maure (in Turonibus circa 1010.) Ab hoc diſtat decimo gradu Petrus de *S.* Maute Dn. de Montgauguier, à cujus primogenitò filio Petro reliqui Dni. de Montgauguier: Secundò genitus Guilhelmus Cancellarius Franciæ fuit, tertius Guido Dominus de Montauſier. Moſnac ac Jonzac, ex Margareta (ex veteſtis Comitibus Engoliſmæ) Domina de Montauſier ſevit. Inter hos prior linea fuit Batonum & Comitum *de* Ionſac: alterius caput eſt Catolus Dux de Montauſier, gentis ſuæ & aulæ Franciæ decus: cujus Majores enarratp.7. & filiæ ejus p.77.

SAXON. Ex *Setenſiſſima* hac familia docetur, quomodo avos aviasque CXXIIX. colligere facile ſit pro juventute Principali lineæ Vinarienſis quatuor fratrum (ex quibus unus exſtinctus eſt) & Gothanæ p.83.

SAYN-VVITGENSTEIN. Diſpoſitionem familiæ alibi dedimus, Hic p.20. avos damus, lineæ Berleburgiæ (Erneſtus, cujus Majores P.I.p. 72. aſſignantur, *Homburgi* habitavit) P.33. reperiuntur. Progenitores liberorum Ludovici Alberti, qui in Altenkirchen habitaverat, antequam *Sainenſi* comitatu ex Fratre Erneſto neptes potirentur. Tum Homburgiæ lineæ indicium dat p.85.

Scharpffenſtein p.55.69. vid. *Gratz*.

Schaer. p.9.51. vid. *Truchſeſi*.

Schellings-Furſt. p.83. vid. Hohenlohe.

SCHOENBERG. Inter equeſtres Rhenanas diu hæc familia ex præcipuis fuit: dein Comitum axioma meruit. Inprimis verò geſta bellica Friederici *Schoenbergii* amplius eam illuſtrarunt. Duarum linearum probationem damus p.63. In altera lacunas plures ob Poppeliam familiam videre eſt, non, quod hæc non ſatis illuſtris ſit, ſed quod hactenus ejus genealogia, quod mihi innotuiſſet, non publicata.

SCHOENBORN. Hæc quoque inter *Equeſtres* Rhenan s à pluribus ſeculis horuit familia. Unde jam anno 1192. memoratur quidam Euſtachius de Schœnborn, à quo reliqui. Electoris Moguntini proximè defuncti, & ejus fratris probationem exhibet p. 60. Liberorum autem hujus Progenitores componere docet p.86.

SCHVVARZENBERG. De hac familia diximus indice P.II. Hic exhibentur avi & aviæ Comitis Ioannis Adolphi p.46. Ejus liberos exhibet & eorum progenitores indicat, p.88.

SCHVVARZENBURG. Huius gentis antiquiſſimæ honori ſervit p.85. ubi Arnſtattinæ, Sundershauſiæ, & Ebelebiæ, ac ex altero ramo Rudelſtattinæ prolis majores indicantur.

SEGUIER Familia hæc 5. habuit ramos; Primus deſiit in Luiſa Maria Seguier M. d'O, quæ ſucceſſionem ad familiam *Albert* attulit (vid. p.75.) ſecundus eſt Dominorum de *Dracy* & *L'eſtang la ville*, Quartus Dominorum de *S. Cyr* & *du Pleſſis*. Quintus Dominorum *de la Verriere*. Tertium clauſit nuper Franciæ Cancellarius. Eius Majores vid. p.14. & Cambutiorum, qui ex filia ejus oriuntur. p.80.

Sigmaringen. p.50. vid. *Hohenzollerii*.

Silva Mendoza. D. Paſtrana p.87.

SOLMS. Hujus familiæ ramus Lichenſis honoratur p.34. Tum oſtenduntur progenitores tam Hohen-Solmi p.86. nec non Laubacenſis p.88. ut & *Braunfelſini* p.85.

Sondershauſen. p.85. vid. *Schvvarzenburg*.

SPARRIL Familiæ inter Suecos origine & affinitatibus illuſtri ſacra eſt p.54. *Alterius* lineæ Sparriorum de *Berquara* majores quærere docet p.83.

STAHRENBERG. Duarum linearum probationes damus p.46.68.

Stegeholm. p.35. vid. *Stur*.

STEINBOCK. Inter Suecicas hæc quoque ſtirps illuſtris eſt, uti affinitatē ejus cum aliis familiis Sparria, Leuenhauptia, *Sturia*, *Braheana*, tabula 57. docet. Acceſſit illud etiam decus, quod ex ea Catharinam Guſtavi filiam (atque ità Erici, cujus in tabula mentiò, ſororem) Rex Guſtavus in thorum adſcivit.

STOLBERG. Comitis Chriſtophoro Ludovici liberis CXXIIX. indicat progenitores p.86.

STUBENBERG. In duos ramos familiam diſpeſci alibi diximus. Rami *Kapfenbergici* honori ſervit p.17. Ex *VVurmbergico* oriundorum, Dn. Georgii Auguſtini, (cujus beneficio accepi, quod hic communico) atque fratrum, tum illius ex primo matrimonio liberorum ſatores exhibet p.26.

Stu-

STURII. In Suecia duæ Familiæ hujus nominis fuere. Altera deducitur à Tunone Sture, Equ. aur. qui Ingerdim uxorem habuit, Svantopulci Legiferi Ostrogothiæ filiam ex Sverkeri II. Regis nepte. Hanc Steno Sture Senior, Regni Sueciæ gubernator, terminavit, qui Sororem habuit Brigittam, Joanni ab Oreby ex Wasarum familia oriundo nuptam. Altera, junior dicta, à quodam Matthæo incipit, cujus Filius Benedictus 1220. regni Senator fuit. In ea Boerius regni Senator, filius Stenonis, qui regni Mareschallus fuerat, uxorem habuit Catharinam filiam Stenonis Sturij Dani, unde Filius Nicolaus cognomen Sturij assumsit. Hujus Filius Svanto, post Stenonem Sturium, ex priori stirpe, Sveciam gubernavit, ab anno 1504. & ejus filius Steno junior ab anno 1512. Hujus nepotes & neptes erant, quibus sacra est tabula. p. 35. Porrò familia tota defecit.

Stutgard. p. 16. vid. *VVirtenberg.*

SVEVI. Sveviæ Ducatus, ut alij, quondam hereditarius non fuit: cum v. esse cœpit, per aliquot familias vagatus est. Ab eo illa in primis nomen accepit, quæ aliquot Augustos, atque in iis gestis celeberrimum Fridericum Barbarossam (Ænobarbum produxit, & à Baronibus Hohenstauffensibus descendit. Conradini, qui ex legitimis gentis Masculus ultimus 1268. decollatus est, honori servit p. 11.

T.

Tecklenburg. p. 32. vid. *Bentheim.*

TESCHINENS. Ultimorum ejus gentis (vid. indic. partis II.) genesin exhibet p. 48.

TOLEDO. Familiæ dispositionem dedimus in Partis II. Indice. Huc reservatus est ramus Ducum Albæ. De quibus consulantur p. 61. & 84.

Trauchburg p. 9. *Trauchsess.*

TRUCHSESS. Dispositionem dedimus in Indice P. II. Hic p. 9. recensentur progenitores lineæ Com. de *Trauchburg*, & *Schier.* Iterum p. 51. ex eadem linea repræsentantur majores Gebhardi, quondam Archi-Episcopi & Electoris Coloniensis, prout in chartis extremo ejus honori consecratis quondam exhibiti sunt. Cæterùm quod de Oetingensibus διαγράμματι superius voce *Oetingen* dixi, hic repetitum volo, me nimirum omnium fidem præstare nolle, sed, qualia accepi, reddere. Illum, qui Euphemiæ Monsterbergensi datur, ejus Patrem non fuisse certus sum, idque ex documento authentico probatum dedi. Tum Joannam (quæ aliis Anna vel Maria) Nassoviam, Joannis Com. Nassovij in Wisbaden uxorem, non Johanne & Elisabetha Marcana, sed Engelberto & Joanna Bredana Domina natam Nassoviorum genealogiæ docent. Iterum Elisabethæ Isenburgicæ Bernardi Com. Solmensis Conjugis communiter alios dant parentes, quàm hic recensentur. Porrò Eberhardo Truchsessio Com. de Sonnenberg constanter alij aliam matrem Magdalenam Montfortiam assignant. Dubito etiam de Hoheobergüs, qui Jacobi Truchsessij Conjugi parentes & avi adduntur. Sed cùm certi nihil asseverare ausim, lectorem monuisse sufficiat.

TURNONIA. Familia ab Odone Dn. de Tournon deducitur, qui 1170. 1220. vixit. Defecit tandem in eo, cujus majores p. 82. exhibentur.

V.

VALESIA. Hæc Familia ramus est Francicæ Regiæ stirpis, & per aliquot secula sceptrum gessit: ipsa iterum in aliquot lineas distincta. Directam vel primam clausere illi, quorum memoria p. 11. exstat.

Veragua p. 72. vid. *Portugal.*

Villanueva del Fresno. p. 23. vid. *Portocarrero.*

Villeroy p. 78. vid. *Mensfville.*

Vinar. D. Saxon. p. 83.

VOLCKERSDORF. Primum video hujus gentis memorari 1142. Orthonem Dominum de Volckersdorf. Eam verò clausit 1616. masculorum ultimus VVilhelmus. P. 52. damus probationem ejus, licet nomine non expresso. Fuit enim Frater duarum ibi notatarum, Matiæ Elisabethæ (uxoris VVolfgangi Dn. de Geta) & Matiæ Maximilianæ (ux. Ottonis Adami Dn. de Traun) Hisaliæ etiam addendæ sorores, Susanna Catharina, Erasmi Domini de Gera, & Anna-Maria, Georgii Achatii, Domini de Losenstein conjuge.

Vrbinum p. 37. vid. *Roborea.*

W.

WALDECK, Comitum Christiani Ludovici & Josiæ soboli p. 86. indicat Majores suos CXXIIX.

Weilburg. p. 85. vid. *Nassavv.*

VVertheim p. 84. 85. vid. *Leyvenstein.*

VVesterburg p. 30. 84. vid. Leiningen.

VVIED. Lineæ Dierdorffiæ probatio exstat p. 75.

VVIRTENBERG. Familiæ dispositionem Parte I. dedimus. Hic exhibemus eorum Majores, qui lineam priore in Ducalem terminarunt p. 16.

VVisbaden p. 28. 85. vid. *Nassovia.*

VVisenburg. p. 83. 84. vid. *Holsatia.*

Witgenstein p. 20. 33. 85. vide *Sayn.*

VVolffenbüttel p. 87. vid. *Brunsvic.*

VVurmberg p. 26. vid. *Stubenberg.*

X.

Xavadilla p. 74. vid. *Portugal.*

Z.

ZABARELLA. Hæc Familia à Corneliâ gente inter Romanos celebri, atque inde à Sabatinis, qui Bononiæ olim rerum potiti, derivari amat. Ajunt enim Calorium Sabatium, Equitem Bononiensem, cùm fatis & tempori cederet, Patavium venisse, atque ibi condidisse hanc stirpem, cui dein inflexâ pronunciatione nomen Zabarellarum. Præter alia decora, literarum & armorum meritis parta, dignitatem etiam obtinuit Comitum Imperii. Scripsit *de augustâ regiaque origine & nobilitate familiæ Zabarellæ ex Joannis Cavaccia, Gasp. Scioppii Com. à Claravalle, & aliorum Clarissimorum Virorum Commentariis* Burch. Brudersen Brunsvic. Quem Commentarium videre est in *Aulâ Zabarellâ* à Joh. Cavacciâ nobil. Patavino atque Com. Jacobo Zabarellâ delineata, & Patavii impressa ann. 1670. P. 18. duabus tabulis liberorum Comitis Jacobi majores expressos videre est.

Zinzendorff p. 88.

Zellern p. 50. vid. *Hohenzollern.*

FINIS.

ERRATA.

Quæ hinc inde errata notantiora erant, in Indice jam notavi: de paucis adhuc lector monendus erit. P. 86. In Greiffenclaviis typothetæ aliquot errores occurrunt. *Elisabetha Helena* nata est 1654. *Fridericus* n. & † 1660. Pro *honorissima* lege *honori sacra*. *Probationibus* lege *probationi eius*.

Digitized by Google